

A prorsus intrō ad spiritalia refugere cogimur, vt hoc quod dictū est sine absurditate possit intelligi. Altare itaque spiritualiter, in interiorē dei templō ipsam fidem acipere possumus, cuius signum est altare visibile. Quodlibet enim munus offerimus deo, sive prophetiam, sive doctrinam, sive orationem, sive hymnum, sive psalmum, & si quid tale aliud spiritualium donorum animo occurrerit, acceptum esse non potest deo, nisi fidei sinceritate fulciatur, & ei fixe atque immobili atq; firmē imponatur, vt possit integrum atque illibatum esse quod loquimur. Nam multi haeretici non habentes altare: id est, veram fidem, blasphemias pro laude dixerunt, terrenis videlicet opinionibus aggrauati, votum suum tanquam in terram projicientes. Sed debet esse fana etiam offerentis intēto. Et proprieṭate cum tale aliquid oblatur sumus in corde nostro: id est, in interiorē dei templō, Templum enim dei sanctū est, inquit, quod estis vos & in interiorē homini habere Christum per fidem in cordibus vestris: si in me tem venerit quod aliquid habeat aduersum nos fratrem: id est, si nos eum in aliquo læsimus, tunc enim ipse habet aduersum nos. Nam nos aduersus illum habemus, si ille nos læserit, vbi non opus est peregere ad

B reconciliationem: non enim veniam postulabis ab eo qui tibi fecit iniuriam, sed tātum dimittis, sicut tibi dimitti à domino cupis, quod ipsi comiseris. Pergendū est ergo ad reconciliationem, cum in mentem venerit quod nos forte fratrem in aliquo læsimus. Pergendum est ergo non pedibus corporis, sed motibus animi, vt te humili affectu prosterne fratri ad quem chara cogitatione circunferis, in prospectu eius cū munus oblaturus es. Ita enim etiam si praesens sit, poteris eum non simulato animo lenire, atq; in gratiam reuocare veniam postulādo, si hoc prius coram deo feceris: persagens ad eum non pigro motor corporis, sed celerrimo dilectionis affectu. Atque inde veniens: id est, intentionem reuocans ad id quod agere coeperas, offers munus tuum. Quis autem hoc facit vt fratri suo vel non irascatur sine causa, vel racha non dicat sine causa, vel eum fatuum non appellat sine causa, quod totum superbissime admittitur: vel forte sūm aliquo horum la plus fuerit, vnum remedium, vt supplici animo veniam deprecetur: quod quisquis non fecerit, inanis iactatio spiritu inflat. Beati ergo pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Nūc iam videamus quod sequitur. Esto, inquit, aduersario tuo benevolus cito dū es in via cum eo, ne forte te tradat aduersarius iudicis,

C & iudex tradat te ministro & in carcere mittari. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Iudicem intelligo Christum. Pater enim non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Ministrum intelligo angelum. Et angeli, inquit, ministrabant ei: & cum angelis suis venturum credimus ad iudicados viatos & mortuos. Carcerem intelligo peccatas, videlicet tenebrarum, quas alio loco extriores vocat: credo propterea quod intrinsecus sit in ipsa mente, vel etiam si quid secretius cogitari potest,

Matt. 4. Matt. 25. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Iudicem intelligo Christum. Pater enim non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Ministrum intelligo angelum. Et angeli, inquit, ministrabant ei: & cum angelis suis venturum credimus ad iudicados viatos & mortuos. Carcerem intellico peccatas, videlicet tenebrarum, quas alio loco extriores vocat: credo propterea quod intrinsecus sit in ipsa mente, vel etiam si quid secretius cogitari potest,

uo bene merito. Intrō in gaudium domini tui. Quoadmodum etiam & in hac ordinatione reipublice, vel à secretario, vel à prætorio iudicis extra mittitur, qui in carcere truditur. De folendo autem nouissimo quadrante, potest non absurdē intelligi, aut pro eo possum quod nihil relinquatur impunitum. Sicut loquentes etiam dicimus vñque ad fecem, cum volumus exprimere aliquid ita exactum vt nihil relinquatur: vel vt significarentur nomine quadrantis nouissimi terrena peccata. Quarta enim pars distinctorum membrorum huius mundi, & ea nouissima, terra inuenitur: vt incipias à cœlo, secundum aërem numeres, aquam tertiam, quartam terram. Potest ergo conuenienter videri dictum, Donec solus nouissimum qua-

dratēm: id est, donec lata terrena peccata. Hoc enim D & peccator audiuit. Terra es & in terram ibis. Donec Geu. 3. solus autem quod dictum est, miror si non eam significat poenam, quæ vocatur æterna. Vnde enim solvit illud debitum, vbi iam non datur pœnitendi & al. corre correctius viuēdi locus? Ita enim fortasse hic positū fictiōis locū est. Donec solus: quonodo in illō vbi dictum est, Se. Psal. 109. de a dextris meis, donec ponā omnes inimicos tuos sub pedibus tuis. Nō enim cum fuerint inimici sub pedibus positi, definet ille federe ad dextram. Aut illud Apostoli. Oportet enim illum regnare, donec po 1. Cor. 15. nat inimicos suos sub pedibus suis. Non enim cum positi fuerint, definet regnare. Quemadmodum ergo ibi intelligitur, de quo dictū est, Oportet eum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedib⁹ suis: semper regnaturum, quoniam semper illi erunt sub pedibus: ita hic accipi potest, de quo dictum est. Non exies inde donec solus nouissimum quadrantem, semper nō exiturum esse: quia semper soluit nouissimum quadrantem, dum sempiternas poenias terrenorum peccatorum luit. Neque ita hoc dixerim vt diligenter tractationem videar ademisse de poenias peccatorum, quonodo in scripturis dicantur æternæ, quantum quolibet modo vitanda sint potius quam scindæ. Sed videamus iam quis sit ipse aduersarius cui iubemur esse benevoli cito, cum sumus cum illo in via. Aut enim diabolus est, aut homo, aut caro, aut deus, aut præceptum eius. Sed diabolo non video quonodo iubeamur benevoli esse: id est, concordes aut consentientes. Nanque ali quod Græce positum est ἐν νῷ interpretati sunt concors, ali consentiens. Sed neque benevolentiam diabolo iubemur exhibere, vbi enim benevolentia, ibi amicitia: neque quisquam dixerit amicitiam cum diabolo esse faciendam. Neque concordare cum illo expedit cui semel renunciando bellum indiximus, & quo vieto coronabimur. Neque consentire illi iam oportet, cui si nunquam consentissemus, nunquam in istas incidiſsemus miseras. De homine autem quoniam iubeamur cū omnibus quantum in nobis est pacem habere, vbi vtique & benevolentia & concordia & consensus potest intelligi: non video tamen quonodo accipiam ab homine nos iudici tradi, vbi Christum iudicem intelligo, ante cuius tribunal omnes oportet exhiberi sicut dicit Apostolus, Quonodo ergo iudici traditurus est, qui ante iudicem pariter exhibebitur? Aut si propterea traditur quisque iudici, quia hominem læsit, quoniam ille non tradente qui læsus est, multo commode accipitur à lege ipsa reum tradi iudici contra quam fecit cum hominem læderet. Quia etsi occidendo quis nocuerit homini, non erit iam tempus quo concordet cum eo, quia iam non est cum illo in via: id est, in hac vita. Nec tamen ideo non fanabitur pœnitendo, vt ad illius misericordiam cum sacrificio contributati cordis refugiō nō mereatur venire qui donat peccata conueris ad se, & qui plus gaudet de uno poenitente, quam de nonagintanouē iustis. Carni vero multo minus video quonodo benevoli vel concordes vel contentientes esse iubeamur. Magis enim peccatores amant carnem suam & cōcordant cum illa & cōsentienti ei. Qui vero eam seruituti subiiciunt, non ipsi ei consentiunt, sed eam sibi consentire cogunt. Fortasse ergo iubemur deo consentire & illi esse benevoli, vt ei reconciliemur, à quo peccando recessimus, vt aduersarius noster dici possit, Quidam enim resistit, recte dicitur eorum aduersarius. Deus enim super peccatis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et initium omnis peccati superbia. Initium autem superbiae hominis apostatare à deo. Et Apostolus dicit, Rom. 5. Si enim cum inimici eſſemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati ſolum erimus in vita ipsius. Ex quo intelligi potest, nullā naturam